

Generalis pro dispensatione obtinenda. Pro Domo Novitatus designantur Conventus Ulyssiponen., & vulgo dictus Cogliares, a quibus Novitium numquam removeri possint, neque post emissam professionem, nisi previo examine approbati pro Scholasticis studiis, illico ad Collegia dirigantur. Porro nemo deinceps ad habitum nostrum admittatur, nisi a Vocalibus Coenobiorum fuerit per secreta suffragia approbatus, postquam per authentica documenta, vel opportunas informationes, aut alias praefatis vocalibus legitime confiterit de recipiendorum legitimis Natalibus, moribus, qualitatibus, aliisque requisitis a Sacro Concilio Tridentino, Constitutionibus Apostolicis, ac Ordinis, necnon Ordinationibus Reverendissimi Procuratoris Generalis a Sanctissimo Domino Nostro per Literas in forma Brevis confirmatis sub die undecima Octobris anni 1693. Nemo similiter ad professionem admittatur, nisi praeter alia de jure, sive communi, sive nostri Ordinis proprio, & municipali requisita, post diligens examen circa regulam, Constitutiones, Ceremonias nostras, & Cantum Gregorianum approbatus fuerit ab Examinatoribus ad hunc effectum a Provinciali pro tempore deputandis, super quo eorum conscientiam onerata esse volumus. Qui vero contrafecerint, praeter poenas a supradictis Constitutionibus statutas, aliis etiam arbitrio Generalis subjaceant.

De abdicatio- ne Novitiorum

Tertium. Sacri Concilii Tridentini dispositio in Cap. 16. Sess. 25. de Regularibus, circa Novitiorum renunciations, aut obligations, omnino intemerata servetur: ac proinde antea, tempus ibidem statutum, ac multo minus ante habitus susceptionem, nulla pactio super his, nulla conventio, vel expressa, vel tacita a nostra Provincia Superioribus fiat, vel ab aliis facta toleretur, non obstantibus quibuscumque deprecationibus, ac importunis commendationibus, ut ita quavis simoniace labis species evitetur, ac in retanti momenti qualis est Novitiorum receptio, nulla turpi lucri spes, aut temporalis utilitatis ratio ad minus dignorum admissionem Praelatos alliciat.

De bonis Pro- fectuum

Quartum. Si ex persona alicujus nostrae Provinciae Professi aliqua bona, vel hereditario, vel alio quocumque jure contingat nostrae Religioni acquiri, ea primo in extinctionem communium totius Provinciae debitorum convertantur, & quod supererit pauperioribus Conventibus a Provinciali de consilio Diffinitorii applicetur, ea lege, ut ejusdem Conventus Prior, & Clavarii debeant praedicta omnia emolumenta in bonis stabilibus fructiferis, vel annuis aliis redditibus securis collocare, vel si ob aliquam necessariam causam servatis servandis distrahenda sint, teneantur quamprimum licuerit tantundem repone, ac eodem modo investire.

De Spoliis Religiosorum

Quintum. Religiosorum ex hac vita decedentium spolia, nempe vestes, ac libri, & caetera, quorum usum, dum viverent a suis Praelatis obtinebant ad formam Sacri Concilii Tridentini Sess. 25. Cap. 2. de Regularibus, & Decretorum san. mem. Clementis VIII. de reformatione, nostrarumque Constitutionum, vel pro communibus Provinciae necessitatibus, vel ad utilitatem ejus Conventus, cui Defunctus fuerit affiliatus, applicentur juxta nostrarum Constitutionum praescriptum. Provinciales vero pro

tempore existentes, quaecumque ratione spolia recipiant, atque distribuunt, fideliter, ac diligenter adnotari curent in Libro ad hunc finem specialiter designato, ac de omnibus sive datis, sive acceptis rationem reddant suis Diffinitoribus in Libro praefato distincte referendam, ac ab eorum respective successoribus recognoscendam, & propria subscriptione firmandam.

De Prioribus Subprioribus, & Concionatoribus

Sextum. Nullus in posterum ad Prioratus, aut Subprioratus Officium promoveri, vel Concionator extra septa Monasterii per Literas patentes constitui valeat, qui ad audiendas secularium Confessiones non fuerit ab Ordinario Locum approbatus. Quod si ex praesentibus Prioribus, vel Subprioribus, aliquis sit non approbatus, eandem approbationem unius mensis termino consequi debeat sub poena privationis Officiorum respective, quatenus pro ipsum steterit, quominus eam consequatur.

De Praesentibus ex gratia, vel iustitia

Septimum. Praesentati de gratia, qui ab anno 1670. citra, juxta dispositionem Rmi Orlandi in hac Provincia admittuntur cum voce, & loco in Capitulis Provincialibus, sicut in posterum de iustitia cum omnibus gratiis, praeminentiis, & praerogativis, alias regularem observantiam non ledentibus, quibus dicti Praesentati de iustitia in Ordine nostro, ac praecipue in hac Provincia fruuntur, & gaudent. Item, ii, qui Lecturam de oppositione tenentes Textum super quatuor Evangelia forte ipsis contingentem termino viginti quatuor horarum explicaverint, ac secundum sensum Sacrae Scripturae exposuerint, & praevia Examinatorum approbatione patentes Concionatoris Literas obtulerint, ac ejusmodi munus per duodecim annos laudabiliter exercuerint in Ecclesiis Mourae, Setuball, Eborae, & Ulyssiponen., & in quolibet ex his duabus postremo loco nominatis per triennium saltem in supradictos duodecim annos utique computandum, & praedicta omnia requisita sufficienter justificaverint, si a Provinciae exoptulabuntur, inter praesentatos de iustitia adscribantur cum omnibus praerogativis, de quibus supra. Quoad Concionatores tamen actu existentes, & etate provectos, possit Provincialis una cum suis Examinatoribus abbreviare praedictum tempus duodecim annorum, (dummodo non intra quadriennium) eosque ad gradum Praesentati de iustitia promovere, qui post obtentam Lecturam de oppositione juxta superius dicta fuerint ad Concionatoris munus iterum approbati, illudque laudabiliter exercuerint saltem per quadriennium, habita ratione etatis, studiorum, & ante actorum laborum, prout in Domino judicaverit.

De Confessione Monialium

Octavum. Ad nostrarum Monialium confessiones audiendas non deputentur, nisi Religiosi etate provecti annorum ad minus quadraginta, bonis moribus, ac exemplaris, laudabilisque famae testimonio commendati, & concionandi pariter, ut illas opportuna, gratuitaque verbi Dei praedicatione, aliisque spiritualibus exercitiis ad pietatem erudire, ac in via perfectionis dirigere valeant. Mane, & Vespere in Ecclesia exteriori, & cum eisdem in Ecclesia interiori congregatis Orationem Mentalem indispensabiliter frequentent: praeter dies a Constitutionibus expresse designatos, quolibet etiam die Dominico, & quodcumque opus fuerit Sanctissima Poenitentiae, & Eucharistiae Sacramenta peten-

petentibus administrant: Regulam, & Constitutiones apprimè calleant, earumque mensuram in publica Mensa lectionem, & quod caput est, exactam in omnibus observantiam, summo studio procurent. Provinciales vero in cujuscumque Monasterii visitatione super praemissis diligenter inquirent, ipsasque Moniales in scrutinio examinent: si quem culpabilem repererint punire, ac etiam pro modo culpae remove tepeantur. Porro nostri Collegii Conimbricensis Rector pro tempore Monialibus itidem nostris de Tentugal, & Prior Conventus vulgo de Deija Monialibus ibidem existentibus, ac tandem Prior Conventus Algarbiorum Monialibus vulgo de Lagos Confessarios extraordinarios supradictis qualitatibus praeditos deputent quater in anno, quolibet scilicet triennio, qui consueta quoque nostri Ordinis beneficia eisdem conferre valeant.

De Cappis

Nonum. Sub nullo praetextu deferri possint in publicis Communitatis actibus, multoque minus in Ecclesia Togae vulgo Capotes, seu Gavanes, quarum loco dumtaxat permittuntur in hyme contra frigoris rigorem Cappae albae ex panno etiam sine Caputo confectae.

De Choro

Decimum. Choristae post inceptum Officium Chorum ingredientes, deosculata terra, permaneat genuflexi usque ad nutum Superioris, quo habito, & deosculata iterum terra, ad suum locum pergant, idem toties praestando, quoties ob aliquam legitimam causam, ac de Superioris licentia eisdem e Choro exire contigerit. Sacerdotes vero post debitam Sanctissimo Eucharistiae Sacramento genuflexionem, ac Superioris, & Communitatis reverentiam, genuflexi terram digito deosculantur, ac post brevem Orationem, ad suum locum se conferant, a Choro nunquam recessuri cujuscumque gradus, aut conditionis praetextu absque necessitate oretenus, & non per nutum Superiori communicata, & obtenta ab eodem licentia solitam Altari genuflexionem, & Communitati reverentiam praestabunt.

De ordine in- ter Religio- sos

Undecimum. In Processionibus aliisque Communitatis actibus quibuscumque Choristae praecedant Novitios, Novitii Laicos, caeterique Religiosi locum singulis convenientem retineant ad formam nostrarum Constitutionum, non obstante quacumque tolerantia, sive contraria consuetudine, quam tanquam abusum reprobanus.

De executione Regulae, & Constitutionum

Duodecimum. Regula Beati Alberti qualibet hebdomada; Constitutionum vero pars prima, & tertia quolibet mense perlegantur. Harum observantiam omnibus enixe injungimus, non solum quoad Orationem Mentalem mane, & vespere faciendam, aliaque magis substantialia ad interiorem Animae culturam pertinentia, sed etiam quoad habitus internos, & externos, Cappas, Capputia, Coronas Capitis, & calceamenta, ne quid contra mores, & Constitutiones nostras innovetur, sub poena privationis vocis activae, & passivae.

De Archivis

Decimumtertium. Erigatur in aliqua convenienti Cellula Conventus Ulyssiponen. Archivium, ad cuius custodiam deputetur Religiosus peritus, qui illud ordinet, Protocolla, Instrumenta, jura, legata, Census, privilegia, caeteraque Scripturas uniendo, & registrando: idemque proportionabiliter servetur quoad Archi-

vium Provinciae in eodem Conventu Ulyssiponenensi constituendum.

De Procuratoribus Coenobiorum

Decimoquarto. Religiosi ad subsistentiam Villarum, Vinearum, & Camporum deputati, nullomodo audeant sive per se immediate, sive per alios emere nomine proprio Vineas, Possessiones, Domos, Oleum, triticum, aut alia ejusmodi sub poenis contra Clericos negotiatores, & Religiosos proprietarios a Sacris Canonibus constitutis; quinimo ne quidem nomine Conventus quidquam, vel contrahere, vel distrahere praesumant sine expresso Prioris, & Clavariorum consensu, quibus etiam quolibet trimestri exactam de omnibus rationem reddere teneantur; si quis contra praedicta, vel omitendo, vel committendo peccare compertus fuerit, illico privetur omni administratione, aliisque pro modo culpa a Sacris Canonibus, nostrisque Constitutionibus, Statutis poenis mulsetur, & quatenus in aliquo fraudaverit, carceri mancipetur, & ad refectionem compellatur.

De Prioribus & Clavariis

Decimumquintum. Priores, & Clavarii pro tempore, habitis calculis cum Commissariis, seu Deputatis ad recipiendos redditus Regiae Camerae provenientes ex vini introductione, authenticam referant attestationem de ab eis introductis, & solutis tempore sui Regimini, eandemque tradant novis Prioribus, & Clavariis, qui consimilem suis successoribus exhibere teneantur, & ita deinceps in perpetuum sub poena privationis vocis activae, & passivae, ac inhabilitatis perpetuae ad officia. Vinum quodcumque, & undecumque proveniens in Cellam Vinariam non introducatur, nisi de consensu, & in praesentia Clavariorum, qui quantitatem, & exitum, sive consummationem introduci distinte fideliterque adnotare teneantur in Libro ad hoc specialiter deputato, ita quod utilitas omnis ex vino proveniens cedat in favorem ipsiusmet Conventus, non autem Priorum sub poena proprietariorum; super quibus Provinciales pro tempore invigilent, & in Visitatione rationem de omnibus exigant. Porro ad Priorum charitatem, & prudentiam pertinebit temporibus Adventus, & Quadragesimae vinum perfectius Communitati distribuere, ut jejuniatum necessitati opportune consulatur.

De Sociis Priorum

Decimumsextum. Ad plura, & maximi sane momenti incommoda vitanda, nullus in posterum admitti possit ad suffragium ferendum in Electionibus Sociorum Priorum ad Capitulum Provinciale iturorum, qui duodecimum professionis annum non compleverit sub poena nullitatis electionis, quibuscumque contrariis non obstantibus. Excipiuntur Sacrae Theologiae Lectores, ac Conventuum subpriores, de quorum prudentia, zelo, ac pietate coactis, volumus, quod etiam praedictum tempus non expleverint, suffragium tamen ferre possint; sicuti etiam quoad alias electiones, caeteraque Communitatis determinationes nihil intendimus innovare.

De Collegiis, Lectoribus, & Studentibus

Decimumseptimum. Designantur pro studiis speculativis Philosophiae, ac Theologiae Collegium Conimbricense; necnon Collegia Eboracae, Mourae, & Ulyssiponen., pro studiis Theologiae moralis methodice a Lectoribus quotidie legendae, quorum unus Sacrae Scripturae, Patrumque sensus explicare teneatur, ac per omnia

rec. Clemens PP. VIII. Prædecessor Noster per quasdam suas in simili forma Brevis Literas die 23. Decembris 1597. expeditas providerit, seu ordinaverit, ut omnia, & singula Bona Clericorum dictæ Congregationis in arcam communem reponerentur, ac postmodum cum iidem Clerici ab ipsa Congregatione, utpote nullis votis adstricti interdum deficerent, in ea vero remanentes sibi aliqua bona pecularia adsciscerent, re me: Alexander PP. VII. etiam prædecessor Noster per suas itidem in forma Brevis Literas die 26. Septembris 1659. emanatas statuerit, ut omnes, & singuli Clerici ejusdem Congregationis tria vota Simplicitatis, Obedientiæ, Castitatis, & Paupertatis, necnon votum, seu Juramentum in ipsa Congregatione perpetuo perseverandi emitterent, nihilominus eorum nonnulli arcam communem prædictam jam defraudare incipiunt, sibi nempe actionem in legitimam suam portionem retinentes, aut alia bona ex concionibus, Missam elemosynis, aliove opere, & industria ipsis provenientia reservantes.

Abusus.

Causa Constitutionis.

§.1. Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat, id non solum in prædicta Congregatione, quæ bona communia semper habuit, & suos Clericos ad Sacros etiam Presbyteratus Ordines ad titulum ipsius Congregationis, seu bonorum communium vigore facultatis sibi desuper per dd. Alexandri Prædecessoris Literas concessæ promoveri curat, eosque ad studia suis sumptibus instituit, ac omnia necessaria illis tam bene valentibus, quam ægrotis subministrare tenetur, detrimentum, sed etiam in morum relaxationem vergat: Nobis propterea dictus Josephus Procurator Generalis humiliter supplicari fecit, ut, quo paupertas in ipsa Congregatione juxta Sacros Canones, & Constitutiones Apostolicas illibata conservari, & bonus Ordo Communitatis ab omni proprietatis labe perpetuo defendi possit, in præmissis opportune providere, & ut infra indulgere de benignitate Apostolica dignemur.

Preces Procuratoris Gen.

§.2. Nos igitur dictæ Congregationis indemnitati quantum cum Domino possumus, consilere, omnemque in ea vite communis relaxationis viam præcludere, & ipsius Josephi Procuratoris Generalis votis hæc in re favorabiliter annuere volentes, cumque a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet inmodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes hujusmodi supplicationibus inclinati, de Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium, & dilectorum filiorum Romanæ Curie Prælatorum super disciplina Regulari specialiter a Nobis deputatorum consilio, omnibus, & singulis Clericis prædictæ Congregationis, ut omnem, & quancumque actionem in legitimam sibi quomodolibet, & ubicumque competentem nullo modo sibi retinere præsumant, sed eam ipsi Congregationi omnino remittant: itaut eadem Congregatio possit, & valeat de eadem legitima plene disponere, eamque exigere, aut super ea concordare: item ut omnes pecunias, proventus, census, & elemosynas, sive ex lectionibus, sive ex concionibus, aut pro Missis celebrandis, aliaque ipsorum justo labore, &

Præceptum, ut Congregationi cedat legitimam portionem, & in arca communis reponant bona, sub certis pœnis.

causa, quocumque nomine acquisita, etiam si subsidia consanguineorum, aut piorum largitiones, legata, aut donationes fuerint in dicta arca communi reponant ad formam Constitutionum ejusdem Congregationis sub pœna privationis vocis activæ, & passivæ ipso facto incurrenda, nec nisi ab hac S. Sede, aut Præposito Generali ipsius Congregationis una cum suo Diffinitorio relaxanda, auctoritate Apostolica tenore præsentium præcipimus & mandamus; Laicos vero, & in minoribus tantum ordinibus constitutos Clericos Congregationis hujusmodi circa præmissa delinquentes pœna gravioris culpæ juxta dictas Constitutiones debita puniendos esse, eadem auctoritate harum serie decernimus, & declaramus.

Claufulæ.

§.3. Decernentes pariter easdem præsentis Literas semper firmas validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore quancumque spectabit, in omnibus & per omnia inviolabiliter observari: sique in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiri debere: ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.4. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon quatenus opus sit, dictæ Congregationis, aliisque quibusvis, etiam Juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis alia firmitate roboratis Statutis, & consuetudinibus; privilegiis quoque, Indultis, & Literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permanentibus, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

§.5. Volumus autem, ut earundem præsentium Literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis eadem prorsus fides ubique locorum habeatur, quæ ipsis præsentibus haberetur, si forent exhibite, vel ostense.

Datum Romæ apud S. Mariam Major. sub Annulo Piscat. die XXIII. Maji MDCXCVI. Pontificatus Nostri Anno Quinto.

CXXX.

Confirmatur, & reformatur Constitutio Alexand. VII. pro bono regimine Collegii Germanici, & Hungarici de Urbe.

Dat. 7. Junii 1696. An. 5.

Præd. Constitutio hic refertur, & edita fuit 1660, Dec. 18, P. 6. Et hujus Pontificis Const. ed. 1697, Sep. 7, P. 7. confirmantur quædam statuta pro Seminaris Angelopolitanis.

INNOCENTIUS PAPA XII.

Ad perpetuam rei memoriam.

IN supremo militantis Ecclesiæ folio per ineffabilem Divinæ Bonitatis abundantiam, nullo licet

Exordium.

licet

Claufulæ.

licet meritorum suffragio constituti, ea quæ a Romanis Pontificibus prædecessoribus nostris pro feliciter dirigendis Seminaris, & Collegiis quibuscumque ubique locorum, sed potissimum in Alma Urbe nostra veræ Religionis arce ex qua bonorum operum exempla in omnes Christiani Orbis partes assidue diffunduntur, institutis sapienter, ac eo, qui secundum scientiam est, Dei zelo ordinata esse noscuntur, ut firmas semper, atque illibatas serventur, Apostolici muniminis nostri patrocinio libenter roboramus maturæ considerationis trutinâ perpensis, salubriter expedire in Domino arbitramur.

Ab Alex. VII. ob quasdam rationes determinata fuit re locus, & forma Congregationum Card. Protectorum.

§.1. Alias siquidem a fel. rec. Alexandro PP. VII. prædecessore nostro pro felici, rectaque Collegii Germanici, & Hungarici de Urbe, illiusque rerum, & bonorum administratione emanarunt Literæ in simili forma Brevis tenoris, qui sequitur videlicet: ALEXANDER PP. VII. Ad perpetuam rei memoriam. Ut Collegii Germanici, atque Hungarici de Urbe negocia maturiori consilio decernantur, ac expediantur, & Ven. Fratres nostri S. R. E. Cardinales dicti Collegii apud nos, & Sedem Apostolicam Protectores, quibus ejusdem directioni præesse incumbit, ea omnia, quæ ad hujusmodi munus pertinent, conjunctim, ac certo quodam ordine, & methodo valeant expedire, indeque frequentius ad nostram, & pro tempore existentium Romanorum Pontificum successorum nostrorum ea, quæ digniora emerferint, notitiam deducantur, pro commissa Nobis divinitus Patris officii cura providere volentes, necnon quarumvis Literarum Apostolicarum, etiam in simili forma Brevis super memoratorum Cardinalium Protectorum deputatione, & facultatum illis, seu uni eorum respective concessarum impartitione, cedularumque motus proprii super præmissis, aut alias quomodolibet, & quancumque emanatarum tenores, & Datas, etiam veriores, & alia quæcumque, etiam specialem, & individuum expressionem requirementia præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, & insertis habentes, motu proprio, ac ex certa scientia, & matura deliberatione nostris deque Apostolica potestatis plenitudine, tenore præsentium præcipimus, & mandamus, ut in posterum prædicti Protectores propius, & magis præcise, quam hæcenus factum fuerit, utantur facultatibus, ac jurisdictione ipsis concessis super regimine, & directione tam spirituali, quam temporali ejusdem Collegii, eaque de causa statutis diebus, ac quoties opus fuerit, simul congregentur in Aula Congregationis Ven. pariter Fratrum nostrorum ejusdem S. R. E. Cardinalium negotiis Propagandæ Fidei præpositorum ad agendum de rebus ad prædictum Collegium, & ipsius Alumnos spectantibus cum interventu dilecti filii moderni & pro tempore existentis Secretarii ejusdem Congregationis de Propaganda Fide, per quem ea omnia, quæ decreta fuerint, de more expediantur, adeout Decreta omnia, aut mandata, quæ aliter, quam ad præscriptam formam sicut deinceps, aut emanaverint, nullius prorsus roboris, aut momenti existant. Per eundem vero Secretarium inter acta prædictæ Congregationis de Propaganda Fide inferantur, atque aserventur, & si quid dignum existimatum fuerit, ad Nos, & pro tempore existentem Romanum Pontificem deferatur, sicuti de negotiis gravio-

ribus memoratæ Congregationis fieri consuevit. Decernentes easdem præsentis Literas, & in eis contenta quæcumque, etiam ex eo, quod prædicti, & alii quilibet quiscumque status, gradus, ordinis præminentie, & dignitatis, etiam specifice, & expressa mentione dignæ existant in præmissis, forsan interesse quoquo modo habentes, seu habere prætendentes illis non consentent, aut ad ea vocati, & auditi non fuerint, seu causæ propter quas præsentibus emanarunt, adductæ, aut justificatæ, & verificatæ non fuerint, vel ex alia quacumque quantumvis justa, juridica, & privilegiata causa, colore, prætextu, & capite, etiam in corpore Juris clauso, nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis nostræ, aut interesse habentium consensus, aliove quomodolibet, etiam incogitato, & inexcogitabili defectu notari, impugnari, infringi, retractari, in controversiam revocari, aut ad terminos juris reduci, seu adversus illas aperiitionis oris, restitutionis in integrum, aliudve quodcumque juris, facti, vel gratiæ remedium impetrari, aut impetrato, vel etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine paribus concessio, quempiam in Judicio, vel extra illud uti, seu se juvare posse; sed ipsas præsentis Literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac ab illis, ad quos spectabit inviolabiliter, & inconcusse observari: Sicque, & non aliter in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, ac S. R. E. prædictæ Cardinales, etiam de Latere Legatos, & alios quomodolibet quavis auctoritate, & potestate fungentes, & functuros, sublata eis, & eorum, cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus præmissis, ac quatenus opus sit, Nostra, & Cancellariæ Apostolicæ Regula de Jure quaesito non tollendo, aliisque Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, & Decretis quibuscumque tam circa facultatem dumtaxat ex prædictis Protectoribus concessam, quam circa alia quæcumque, quæ præsentibus Literis, earumque observantiæ quoquo modo adferentur, emanatis, necnon prædicti Collegii erectione, ac etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus etiam immemorabilibus, privilegiis quoque Indultis, & literis Apostolicis sub quibuscumque verborum tenoribus, & formis, & cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, & insolitis claufulis, ac irritantibus, & aliis Decretis, in genere, vel in specie, ac alias in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, etiam pro illorum sufficienti derogatione de illis eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum nihil penitus omisso, & forma in illis tradita observata exprimerentur, & inferrentur præsentibus pro plene, & sufficienter expressis habentes, illis alias in suo robore permanentibus ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat

lii

spe

limina Apostolorum facienda, referant se prædictis Urbani Prædecessoribus, & præsentibus Literis Nostris paruisse contrariis non obstantibus quibuscumque.

Clausula.

§.3. Volumus insuper, ut eorundem præsentium transumptis, etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo Personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides, ubique locorum habeatur, quæ ipsi præsentibus haberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die XXIV. Februarii MDCXCVI. Pontificatus Nostri An. Quinto.

CXXVII.

Dat. 17. Apr. 1694. An. 3.

Confirmantur Privilegia Pau. V. & Urb. VIII concessa Collegio Sutorum Parisien, cum concessione facultatis suscipiendi Ordines non servatis Interstitiis.

Laudatæ Constitutiones hic referuntur; quarum prima edita fuit 1617, Maji 27, P. 12; altera vero 1543, Jan. II, P. 20. Const. ed. 1692, Mar. 1, P. 1 concessa fuit Collegio S. Ant. Civi. Cuscan facultas conferendi gradus Scholasticas. Et Clem. XI Const. ed. 1701, Maji 30, P. 1 erigitur Collegium Urbinaten. cum pluribus privilegiis.

INNOCENTIUS PAPA XII

Ad futuram rei memoriam.

Dudum felic. record. Paulus Papa V. Prædecessor Noster Collegio Nationis Sutorum Parisien, ejusque Superioribus, & Alumnis nonnulla Privilegia facultates, gratias, & indulta concessit per quasdam suas desuper in simili forma Brevis expeditas Literas tenoris, qui sequitur, videlicet.

Const. Pau. V. qua concessa fuit facultas celebrandi in Oratorio priuato, & suscipiendi Ordines a quocumque Antistite, ad tit. paupertatis, & sine dimissiois ordinari.

§.1. PAULUS PAPA V. Ad futuram rei memoriam. Dilectos filios Alumnos Collegii Nationis Sutorum Parisiensis specialibus favoribus, & gratis prosequi volentes, & eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & penis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodate existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, supplicationibus dilecti filii Nostri Matthæi tituli Sancti Honuphrii Presbyteri Cardinalis Barberini nuncupati Regni Scotiæ apud Nos, & Apostolicam Sedem Protectoris Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, ejusdem Collegii Superioribus ut arbitrio venerabilis fratris Guidonis Archiepiscopi Rhodiensis moderni, & pro tempore existentis Sedis prædictæ in Regno Franciæ commorantis Nuncii in privato dicti Collegii Oratorio ad hoc decenter muro extructo, & ornato, seu extruendo, & ornando ab omnibus domesticis usibus libero, per ordinarium Loci prius visitando, & approbando, Sacrosanctum Missæ Sacrificium in sua, ac Alumnorum, & aliarum personarum dicti Collegii præsentia celebrare, seu celebrari facere, necnon eisdem Alumnis, ut absque Literis dimissiois aliorum Ordina-

riorum, ac etiam sine titulo Beneficii Ecclesiastici, vel Patrimonii, sed ad titulum tantum paupertatis a quocumque, quem maluerint, Catholico Antistite gratiam, & communionem Sedis prædictæ habente, in propria Diocesi residentem, vel in aliena Diocesi loci consensu Pontificalia exercente per eos eligendo Clericali Characterem insigniri, & ad quatuor minores, necnon Sacros Subdiaconatus, Diaconatus, & Presbyteratus Ordines in temporibus ad id a Jure statutis, dummodo tamen proprio examine ad id reperti fuerint idonei, & nullum eis aliud Canonicum obstat impedimentum, necnon testimonio Rectoris, & Superiorum dicti Collegii commendantur, specialemque ab ipsis licentiam obtineant, ac servatis aliis servandis promoveri, & promoti in illis etiam in Altaris ministerio ministrare libere, & licite possint, & valeant auctoritate Apostolica tenore præsentium, concedimus, & indulgemus, ac tam Antistiti, ut præfertur, eligendo, quam Alumnis præfatis licentiam desuper impartimus, non obstantibus Apostolicis, ac in Universalibus, Provincialibus, & Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel specialibus Constitutionibus, & Ordinationibus, ceterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 27. Maji 1617. Pontificatus Nostri Anno 12. Subinde vero recol. mem. Urbanus Papa VIII. etiam Prædecessor Noster ad favorem eorundem Alumnorum alias suas pariter in forma Brevis Literas edidit tenoris sequentis, videlicet:

Const. Urban. VIII. qua præter dicit concessa fuit facultas suscipiendi Ordines extra tempora, & Indulg. Plen.

§.2. URBANUS PAPA VIII. ad futuram rei memoriam. Ut Alumni Collegii Scoti in Civitate Parisiensi Canonice erecti eo ad literarum studia prosequenda, spiritualibusque sue Patriæ necessitatibus succurrendum alacriores sint, quo ampliores ab hac Sancta Sede gratias, & favores receperint; Illorum necnon dilecti filii Rectoris Collegii hujusmodi supplicationibus Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, de venerabilium Fratrum Nostrorum S.R.E. Cardinalium negotiis Propagandæ Fidei præpositorum consilio, eisdem Alumnis, ut eo temporis spatio, quo in Collegio prædicto se se continuerint, & Superiorum judicio in studiis profecerint, ad omnes etiam Sacros, & Presbyteratus Ordines, etiam sine Literis Dimissiois, nisi habeant Episcopos proprios, a quibus illa obtineri poterint, cum ad Collegium dirigentur, & sine Beneficii Ecclesiastici, aut Patrimonii, titulo, ac etiam extra legitimarum ordinationum tempora dumtaxat tamen alias ad id repariantur idonei promoveri possint, & valeant Apostolica auctoritate tenore præsentium concedimus; necnon de Omnipotentis Dei misericordia, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus auctoritate confisi, omnibus, & singulis Scholaribus, qui indictum Collegium recepti fuerint, in ipso ingressu, ac deinde in exitu, si quidem confessi, & contriti Sacram Communionem devote receperint, atque etiam si in eodem Collegio eos decedere ab humanis contigerit, in mortis articulo, plenariam omnium peccatorum suorum indulgentiam, & remissionem largimur. Non obstantibus Apostolicis, ac in Conciliis Universalibus, Provincialibusque, Synodalibus editis generalibus, vel specialibus Constitutionibus, & Ordinationibus, ceterisque

con-

contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud Sanctam Petrum sub Annulo Piscatoris die XI. Januarii 1543. Pontificatus Nostri Anno Vigesimo.

Præces Collegii.

§.3. Cum autem sicut pro parte dilectorum filiorum Superiorum, & Alumnorum Collegii prædicti Nobis nuper expositum fuit, ipsi quo præsertim Pauli, quæ a piæ memoriæ Clemente Papa IX. Prædecessore pariter Nostro confirmata fuerunt, ac Urbani Prædecessorum Literæ firmiter subsistant, & serventur exactius Apostolicæ quoque Confirmationis Nostre patrocinio communiri, ac alias opportune sibi desuper a Nobis provideri, & ut infra indulgeri plurimum desiderent; Nos specialem ipsis Exponentibus gratiam facere volentes, & eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, & censuris a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodate existunt ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, de Venerabilium Fratrum Nostrorum S.R.E. Cardinalium in tota Republica Christiana contra hereticam pravitatem generalium Inquisitorum a Sede Apostolica specialiter deputatorum consilio, omnia, & singula privilegia, facultates, gratias, & Indulta Collegio, ejusque Superioribus, & Alumnis prædictis a memorato Paulo, & Urbano Prædecessoribus concessa, ut præfertur, emanatase desuper illorum Literas præsertim cum omnibus & singulis in eis respective contentis, & expressis, auctoritate Apostolica tenore præsentium confirmamus, & approbamus, illisque inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur & efficaciam adjicimus. Præterea, ut iidem Alumni ad Sacros etiam Presbyteratus Ordines hujusmodi non tantum extra tempora a jure Statuta, sed etiam interstitiis a Sacro Concilio Tridentino designatis minime servatis, annique curriculo non expectato, ac tametsi in unoquoque ex dictis Sacris Ordinibus antequam ad alium promoveantur, se minime exercuerint, servata tamen ceteroqui eorundem præsertim Literarum forma, & dispositione promoveri, & promoti in illis etiam in Altaris Ministerio ministrare libere, & licite possint, & valeant, auctoritate & tenore prædictis concedimus, & indulgemus.

Confirmatio secretarij Constitutionum.

Concessio suscipiendi Ordines non servatis interstitiis.

Clausula.

§.4. Decernentes easdem præfatas Literas, semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis ad quos spectat, & pro tempore spectabit, in omnibus, & per omnia plenissime suffragari: Sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, ac ejusdem S.R.E. Cardinales, etiam de Latere Legatos, & Apostolicæ Sedis Nuncios judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.5. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon omnibus & singulis illis, quæ in præsertim Pauli, & Urbani Prædecessorum Literis concessa sunt non obstat, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die XXVII. Aprilis MDCXCIV. Pontificatus Nostri Anno Tertio.

CXXVIII.

Admittuntur ad fructum Indulgentiarum Ordinis S. Augustini Moniales Annunciationis B.M.V. Cælestes nuncupate.

Dat. 2. Maji 1696. An. 5.

INNOCENTIUS PAPA XII.

Ad futuram rei memoriam.

Um sicut dilectæ in Christo filiæ Moniales Ordinis Annunciationis B.M.V. Cælestes vulgariter vero le Turbine nuncupate Nobis nuper exponi fecerunt, ipse sub Regula S. Augustini cum peculiaribus Constitutionibus a se: re: Paulo V., & subinde ab Urbano VIII. Romanis Pontificibus prædecessoribus Nostris approbatis Deo famulentur, ac proinde Indulgentias ab hac Sancta Sede Ordini ejusdem S. Augustini concessis perfrui posse plurimum desiderent: Nos specialem ipsis Exponentibus gratiam facere volentes, & earum singulares personas a quibusvis Excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & penis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis si quibus quomodolibet innodate existunt ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutas fore censentes supplicationibus earum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, de Venerabilium Fratrum Nostrorum S.R.E. Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum consilio, easdem exponentes ad fructum omnium Indulgentiarum Ordini prædicto concessarum, auctoritate Apostolica tenore præsentium admittimus, salva tamen semper in præmissis auctoritate Congregationis eorundem Cardinalium.

Præces Monialium, & causa Constitutionis.

A Antistite prædicta.

Clausula.

§.1. Non obstantibus quatenus opus sit Nostra, & Cancellariæ Apostolicæ Regula de non concedendis Indulgentiis ad instar, aliisque Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ceterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die II. Maji MDCXCVI. Pontificatus Nostri Anno Quinto.

CXXIX.

Præcipitur Clericis Sæcularibus Doctrinæ Christianæ in Gallia ut executioni mandent vitam communem.

Dat. 18. Maji 1696. An. 5.

A Clem. VIII. præcepta sunt vita communis Confred. 1597, Dec. 23, ab Alex. VII. signati fuere tribus votis Const. ed. 1659, Sep. 26. Et ab hoc Pontifice Const. ed. 1697. Mar. 23, P. 6. abrogati fuere discreti.

INNOCENTIUS PAPA XII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Exponi Nobis nuper fecit dilectus filius Josephus Bellissen Presbyter, & Procurator Generalis Congregationis Clericorum Sæcularium Doctrinæ Christianæ in Gallia, quam licet

Epilogus Constitutionum Clem. VIII. & Alex. VII. circa vitam communem.

nia Decretis a Patre Generali alias editis in ordine ad studia, & a SSmo D. Nostro Innocentio XII. Pontifice Maximo confirmatis sub die 11. Octobris 1692. Conclusiones pro Lecturis obtinendis sustinenda sint tres ad minus, & publice defendantur in Collegiis Conimbricenis, Ulyssiponen., & Eborensi, vel in Capitulo Provinciali. Eae vero non seligantur ex eodem Libro Sententiarum, nec ex eadem parte Theologiae; sed in uno Collegio ex prima parte, in alio ex prima, vel secunda secunda, & in alio ex tertia parte, vel de Sacramentis, vel de Morali in Collegio Theologiae Moralis, ita quod in his tribus Conclusionibus se universatim in tota Theologia peritos ostendant. Absque hoc experimento nemo ad oppositiones pro Lecturis admittatur, sed neque illo juvari quicumque possit, qui Theologicum cursum non expleverit. Teneantur Lectores alternatim Conclusionibus praesidere, habendis intra Claustra quidem quolibet mense, cum interventu Magistrorum, ac Communitatis quolibet vero bimestri publice cum interventu exteriorum. Si quando in Universitatibus, aut aliarum Religionum Collegiis invitabuntur, arguere teneantur juxta distributionem a Regente, seu Studiorum Praefecto faciendam ordine servato; si arguere recusaverint, suarum Lecturarum cursum non admittantur pro graduum consecutione; si vero Regenti, aut Studiorum Praefecto contumaces non obediunt, Lectura priventur. Pari modo Studentes ad assentientiam extraneorum Conclusionum a Regente, vel Praefecto deputati prompte obedire teneantur sub poena privationis Studiorum, perpetuaeque inhabilitatis ad eadem.

De Cellulis Religiosorum

Decimumoctavum. Cellulae Religiosorum ex hac vita decedentium, quae non fuerint alicui assignatae per Decretum Sacrae Congregationis, vel SSmo D. Nostro, vel ab Illustrissimo, ac Reverendissimo D. Nuncio Apostolico matura consideratione distribuuntur juxta nostras Constitutiones, servatis servandis, & habita ratione Dignitatis, gradus, antiquitatis, meriti, ac necessitatis cujuscumque. Actum die, Anno, & loco quibus supra &c.

Relata Decretis confirmata fuerit a Nuncio Apostolico.

S.3. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat, tametsi Decreta hujusmodi a Venerabili Fratre Georgio Archiepiscopo Leodiensi, Nostro, & Apostolice Sedis in Portugallia, & Algarbiorum Regnis Nuncio confirmata fuerint, nihilominus dictus Joannes Prior Generalis illa, quo firmius subsistant, & serventur exactius, Apostolica quoque confirmationis nostrae patrocinio communiri plurimum desideret: nos ipsius Joannis Prioris Generalis Votis in praemissis, quantum cum Domino possumus, favorabiliter annuere volentes, eumque a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententis, censuris, & poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinatis, de Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & Consultationibus Episcoporum, & Regularium praepositorum consilio, omnia, & singula Decreta praesentia ab ipso Joanne Priore Generali edita, ut praesertur, au-

Preces Prioris Gen.

Confirmatio reatorum Decretorum.

thoritate Apostolica tenore praesentium perpetuo confirmamus, & approbamus, illisque inviolabilis Apostolicae firmitatis robor adjicimus, ac omnes, & singulos juris, & facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint supplementis; salva tamen semper in praemissis auctoritate Congregationis eorundem Cardinalium.

Clausula.

S.4. Decernentes easdem praesentes Literas, ac Decreta hujusmodi semper firma, valida, & efficacia existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis ad quos spectat, & pro tempore quodcumque spectabit inviolabiliter, & inconcussè observari; sicque in praemissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiti debere; ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

S.5. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, & quatenus opus sit, Provinciae, & Ordinis praefatorum, etiam Jramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis Statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque Indultis, & Literis Apostolicis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores praesentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permanentibus, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

S.6. Volumus autem, ut earundem praesentium Literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personae in Ecclesiastica dignitate constitutae munitis, eadem prorsus fides tam in Judicio, quam extra illud, ubique Locorum habeatur, quae haberetur ipsis praesentibus, si forent exhibita, vel ostensa.

Datum Romae apud S. Mariam Majorem sub Annulo Pisc. die XI. Februarii MDCXCVI. Pontificatus Nostri Anno Quinto.

C X X V.

Confirmatur Decretum Congregationis Episcopi & Regi super familiae Cenobii Montis Sancti Carmelitarum de Urbe, & Tabella Versiculorum.

Dat. 14. Febr. 1696. An. 5.

Hujus Pontificis Const. ed. 1692. Oct. 11. P. 2. extant Decreta circa studia, & Const. ed. 1698, Aug. 30. P. 8. agitur de quatuor Assistentibus Generalibus.

INNOCENTIUS PAPA XII.

Ad futuram rei memoriam.

Alias emanavit a Congregatione Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & Consultationibus Episcoporum, & Regularium praeposita, Decretum tenoris, qui sequitur, videlicet = In Causa Romana verten. inter Patres Carmelitas Primi Instituti Siculos ex una, & Patres Romanos, & status Ecclesiastici ejusdem Instituti partibus ex altera, de, & super

Decretum in causa inter Carmelitas Siculos, & Romanos.

Super assignatione familiae in Conventu Montis Sancti de Urbe, necnon Tabella, seu exercitio munerum versiculorum, & Cantorum in Choro, ac Lecturam in Mensa &c. Sacra Congregatio Eminentissimorum, & Reverendissimorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & Consultationibus Episcoporum, & Regularium praeposita, Partibus ipsis informantibus, referente Eminentissimo Petrucio, censuit; ac decrevit, super praedicta assignatione Familiae servandas esse Constitutiones Ordinis part. 1. cap. 5. §. ultimo, non obstante voto Commissariorum, prout praesentis Decreti tenore servati mandat, & praecipit. Quo vero ad Tabellam, seu exercitium Munerum versiculorum &c. Stetit in Decisis, per ipsam Sacram Congregationem sub die 29. Julii 1689. Romae 28. Novembris 1692. = G. Cardinalis Carpineus A. Altovitus Secretarius =

Preces FF. S. R. E. Ecclesiasticis.

S.1. Cum autem; sicut dilecti filii Priores, & Fratres status Nostri Ecclesiastici Provinciae Montis Sancti Ordinis Fratrum Beatae Mariae Virginis de Monte Carmelo Nobis nuper exposuissent, ipsi Decretum hujusmodi, quo firmius subsistat, Apostolicae confirmationis Nostri patrocinio communiri summopere desideret: Nos ipsos Exponentes specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententis, censuris, & poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinatis, Decretum praesentium auctoritate Apostolica tenore praesentium approbamus, & confirmamus, illisque inviolabilis Apostolicae firmitatis robor adjicimus; salva tamen semper in praemissis auctoritate memoratae Congregationis Cardinalium.

Confirmatio reatorum Decreti

Clausula.

S.2. Decernentes easdem praesentes Literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis ad quos spectat, & pro tempore spectabit plenissime suffragari, & ab eis respective inviolabiliter observari: Sicque in praemissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Camerae Apostolicae Auditores, judicari, & definiti debere; ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

S.3. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ceterisque contrariis quibuscumque.

S.4. Volumus autem, ut earundem praesentium Literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personae in Ecclesiastica dignitate constitutae munitis, eadem prorsus fides tam in Judicio, quam extra illud, ubique locorum habeatur, quae ipsis praesentibus haberetur, si forent exhibita, vel ostensa.

Datum Romae apud S. Mariam Majorem sub Annulo Pisc. die XV. Februarii MDCXCVI. Pontificatus Nostri Anno Quinto.

Confirmatur Constitutio Urbani VIII. pro necessitatibus locorum Terrae Sanctae.

Dat. 1. Febr. 1656. An. 5.

Hae Const. ultimo confirmata fuit ab Alex. VIII. Const. ed. 1689., Nov. 18. P. 1. Et postea a Clem. XI. Const. ed.

INNOCENTIUS PAPA XII.

Ad futuram rei memoriam.

Salutaris, & Domini Nostri Jesu Christi, qui pro humani Generis Redemptione se ipsum exinanivit factus obediens usque ad mortem, vices (licet immeriti) gerentes in Terris inter multiplices, gravissimasque Apostolicae servitutis curas in eam praecipue Pastoralis sollicitudinis vigilantia incumbimus, ut tanti, & tam salubris mysterii monumenta, quae in Civitate Hierusalem, & locis circumvicinis sunt, conserventur, & omni qua fieri poterit, majori honorificentia recolantur.

Exordium.

S.1. Cum itaque se re: Urbano PP. VIII. Praedecessori Nostro alias, exposito, quod Ecclesiae, & alia loca pia in Civitate Hierusalem, & aliis locis Terrae Sanctae existentia fere diruta erant, & quae adhuc ibi existebant Monasteria, are alieno ob impiam Turcarum, Haereticorum, & Schismaticorum Tyrannidem, & pro Sanctae Fidei Catholicae in eisdem locis conservatione contracto admodum gravata reperiebantur; Idem Urbanus Praedecessor Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis & aliis locorum Ordinariis, necnon omnibus, & singulis quorumvis Ordinum, ac Congregationum, & Institutuum regularium Generalibus commiserit, & mandaverit, ut ad minus duabus vicibus quolibet Adventus, & Quadragesimae temporibus tam per verbi Dei Praedicatorum in suis Sacris Concionibus, quam in actionibus, & functionibus publicis necessitate eorundem Sacrorum Monumentorum Populo proponi, & commendari curarent, & facerent, & alias prout in eisdem Urbani Praedecessoris Literis desuper in simili forma Brevis die 3. Februarii 1634. expeditis, quarum tenorem praesentibus pro plene, & sufficienter expresso, & inserto haberi volumus, uberius continetur. Et sicut pro parte dilecti filii Hieronymi Roavuls Ordinis Minorum S. Francisci Recollectorum, seu de Observantia nuncupatorum professoris pro Gallia Commissarii Generalis ejusdem Terrae Sanctae Nobis nuper expositum fuit, ipse, quo praedictae Urbani Praedecessoris Literae, quae a re: Innocentio X. & Clemente etiam X. Romanis Pontificibus Praedecessoribus pariter Nostri confirmatae fuerunt, exactius observentur illas per nos pariter confirmari, & innovari desideret: Nos eorundem Sacrorum Monumentorum conservationi, & manutentioni consulere volentes, de ven: fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis Propagandae Fidei praepositorum consilio, praedictas Urbani Praedecessoris Literas Apostolica auctoritate tenore praesentium confirmamus pariter, & approbamus, illasque innovamus, & observari mandamus.

Ab Urb. VIII. injuncta fuit Ordinariis locorum, & Generalibus Ordinibus, ut bis in anno curaret exponi necessitates d. Locorum.

Preces Commissarii Terrae Sanctae Galilaeae pro confirmatione d. Constitutionis ab alio Pontifici confirmatae.

S.2. Volumus autem, ut Patriarchae, Archiepiscopi, & Episcopi, praedicti in relatione status suarum Ecclesiarum, quando visitabunt limina

Confirmatio Constitutionis Urb. VIII.

specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem, ut earundem presentium transumptis, manu Secretarii dictae Congregationis, seu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo ejusdem Congregationis, seu alicujus personae in Ecclesiastica dignitate constitutae munitis, eadem prorsus fides in iudicio, & extra illud ubique adhibeatur, quae ipsis presentibus adhiberetur, si forent exhibita, vel ostensa. Datum Romae apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 18. Decemb. 1660. Pontificatus nostri Anno Sexto.

Causa Confirmationis re-late Constitutionis.

Confirmatio praed. motu proprio facta.

Item reformatio quo ad loci Congregationis.

Clausula.

§.2. Cum autem, sicut accepimus, licet praemissa a memorato Alexandro praedecessore provido, prudentique fuerint constituta consilio, illa nihilominus minime observentur. Hinc est, quod Nos praedicti Collegii indemnitati, prosperoque illius tam spirituali, quam temporali regimini, quantum Nobis ex alto conceditur, providere cupientes. Motu proprio, ac ex certa scientia, & matura deliberatione, nostris, deque Apostolica potestate plenitudine, praesertim Alexandri praedecessoris literas cum omnibus, & singulis in eis contentis, tenore presentium perpetuo approbamus, & confirmamus, ac innovamus, illisque inviolabilis, & irrefragabilis Apostolica firmitatis vim, robur, & efficaciam adjungimus, ipsaque Alexandri praedecessoris literas, & in eis contenta hujusmodi perpetuis futuris temporibus inviolabiliter, & inconcussè observari praecipimus, & mandamus. Ita tamen, ut in posterum memorati Cardinales dicti Collegii Protectores pro negotiis ejusdem Collegii tractandis non amplius in Aula Congregationis secundo dictorum Cardinalium, juxta earundem Alexandri praedecessoris literarum praescriptum, sed in ipso Collegio commodius, ac expeditius, occurrentibus illius necessitatibus consulere valeant cum interventu memorati Secretarii dictae Congregationis, & servata in reliquis omnibus praedictarum Alexandri praedecessoris literarum forma, & dispositione congregari debeant.

§.3. Decernentes easdem praesentes Literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac ab illis ad quos spectat, & pro tempore quodcumque spectabit inviolabiliter observari, & adimpleri, nec de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis nostrae, aut interesse habentium consensus, aliove quolibet quantumvis formali, & individuum expressionem requirente defectu notari, impugnari, infringi, redargui, in controversiam vocari, seu ad terminos juris reduci, aut adversus illas restitutionis in integrum, aperiitionis oris, aliudve quodcumque juris, facti, vel gratiae remedium impetrari, vel intentari, seu impetrato, aut etiam motu, scientia, & potestate plenitudine similibus concessio, vel emanato quempiam in iudicio, vel extra illud uti, seu se juvare ullo modo unquam posse: Sicque, & non aliter in praemissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, ac Cardinales, & Legatos, necnon Nuntios, & alios praescriptos nunc, & pro tempore existentes, sublata pariter eis, & eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judi-

cari, & definiti debere; ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.4. Non obstantibus praemissis, ac quatenus opus sit, nostra, & Cancellariae Apostolicae Regula de jure quaesito non tollendo, aliisque Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon omnibus, & singulis illis, quae in praesertis Alexandri praedecessoris literis concessa sunt non obstare, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud S. Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris die VII. Junii MDCXCVI. Pontif. nostri Anno Quinto.

CXXXI.

Confirmantur tria Decreta Clericorum Theatinorum pro electione Vocalium ad Capitulum Generale.

Dat. 8. Junii 1696. An. 5.

De numero Vocalium pro Capitulis Gen. vide Alexan. VII. Const. ed. 1661, Jan. 10, P. 6.

INNOCENTIUS PAPA XII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Inscrutabili Divinae providentiae arcano ad Pastoralis dignitatis fastigium meritis licet imparibus, evehit, illa, quae pro felici, prosperoque Religiosorum Congregationum in Ecclesia Dei pie, sancteque institutarum, ac uberes bonorum operum fructus, aspirante superni favoris auxilio, proferre jugiter satagentium, regimine, & gubernio provide, prudenterque disposita, atque ordinata esse noscuntur, ut firma semper, atque illibata persistant, Apostolici muniminis praesidio, cum id a nobis petur libenter constabilius.

Exordium.

§.1. Nuper siquidem pro parte dilectorum filiorum Praepositi Generalis, & quatuor Consultorum Congregationis Clericorum Regularium Theatinorum nuncupatorum Nobis expositum fuit, quod cum alias, videlicet anno 1683. in Capitulo generali dictae Congregationis tunc celebrato, inter alia editum fuisset Decretum tenoris, qui sequitur videlicet: Ut observantiae Regularis incommodis caveatur, nullo pacto accedere possint ad Capitulum Generale Praepositi per Vocalium suae Domus cessionem, sed ii tantummodo ius accedendi habeant, quibus consuetudo fortis tempore fors contigerit; Quod si aliqua ex causa, quaecumque illa fuerit, nulla excepta, electio vocalis non fiat, & extractus fuerit calculus Vocalis, tunc neque Vocalis, neque Praepositi ad Capitulum Generale accedat; Decretum vero hujusmodi cum executioni nondum demandatum fuisset, eo quia forma electionis Vocalium Capituli Generalis Congregationis hujusmodi anno 1668, praescripta, ac a felic. rec. Clemente PP. IX. Praedecessore nostro per quasdam suas in simili forma Brevis literas approbatae adversabatur, nec ullo Apostolica confirmationis patrocinio roboratum reperiebatur, Diffinitorium Generale novissimi Capituli Generalis ejusdem Congregationis agnita necessitate in dies majori dictum Decretum executioni demandandi ad tollendas perturbationes quae in Gubernio Superio-

Decretum 12 an. 1683. de vocalibus domo pro Capitulo Generali Praepositi per Vocalium suae Domus cessionem, sed ii tantummodo ius accedendi habeant, quibus consuetudo fortis tempore fors contigerit.

Decretum 3. de forma electionis vocalium in Domo S. Silvestri, & S. Andreae de Urbe.

Præces Praepositi Gen. & Consultorum.

riorum localium cessionem votorum sibi a Vocalibus procurantium oriri solent, mandavit, ut pro illius confirmatione obtinenda Nobis supplicaretur. Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat, Exponentes praefati, ultra praedictum etiam alia duo Decreta ad diminuenda incommoda, quae Domibus Regularibus memoratae Congregationis, & illarum Vocalibus eveniunt, aequae necessaria addenda esse censent, unum quidem totam ipsam Congregationem, alterum vero Domo Regularis S. Silvestri in Monte Quirinali, & S. Andreae de Valle nuncupat. de Urbe dictae Congregationis respicientia. Primum scilicet, quod in posterum in singulis Domibus Italiae, & Insularum adjacentium die 2. Novembris, in reliquis vero Domibus totius Congregationis hujusmodi die prima Julii mensium Capitulum Generale dictae Congregationis respective praecedentium electio Vocalis non amplius juxta formam, sicut praemittitur praescriptam, ac a memorato Clemente Praedecessore approbatam fiat, sed duo calculi, unus albus significans Praepositum alter niger Vocalem significans in unam mitantur, quod si forte calculus niger extractus fuerit, eo casu subinde, nempe die 2. Mensis Januarii sequentis in Domibus Italiae, & Insularum adjacentium, die vero prima sequentis Mensis Septembris in reliquis Domibus praedictis ad electionem Vocalis more solito deveniatur. Si vero calculus albus significans Praepositum extractus fuerit, eo casu nulla alia electio fiat. Ceterum quo in forte hujusmodi totum negotium fideliter peragatur, fraus, & omnis dolus inde sub nullitatis, ac excommunicationis latae sententiae poenis ipso facto incurrendis prohibita sint: Secundum vero, quod cum dictae Domus S. Silvestri, & S. Andreae duabus Provinciis, in quas tota Congregatio praefata dividitur, communes sint, & numerus Vocalium utriusque Provinciae aequalis esse debeat, ideoque dum aliquando altera alteram Provinciam numero Vocalium hujusmodi superat, necesse sit, aut aliqui voce activa, & passiva, absque ulla ipsorum culpa desituti remaneant, aut Superior Generalis, ne cuiquam praedictum fiat, tot Religiosos per annum integrum dictis Domibus cum magno illarum incommodo non alio sine, nisi, ut Vocalium utriusque Provinciae numerus tempore electionis Vocalis pro Capitulo generali sit aequalis, assignare teneatur. Ita in posterum fiat ut pro duabus electionibus in dictis Domibus fieri solitis Vocales omnes unius Provinciae, qui pro tempore in dictis Domibus reperientur, simul conveniant, illi quidem, qui erunt de Provincia, ex qua eo triennio fuit electus Praepositus Generalis in Domo S. Silvestri, alii vero alterius Provinciae in Domo Sancti Andreae, atque inibi unaquaeque pars suam respective Vocalem pro Capitulo generali hujusmodi eligat, ut ita absque ullo dictarum Domuum, & earum Vocalium incommodo Provinciarum aequalitas servetur: Nobis propterea dicti Exponentes humiliter supplicari fecerunt, ut in praemissis opportune providere, & ut infra indulgere de benignitate Apostolica dignaremur.

Decretum 2. de forma electionis Vocalium sine dolo peragende sub excommunicationis poena.

Præces Praepositi Gen. & Consultorum.

communicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a Jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatae existunt ad effectum presentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, ac memoratae formae electionis Vocalium Capituli Generalis, necnon praedictarum Clementis Praedecessoris literarum tenores, & alia quaecumque, etiam specificam, & individuum mentionem, & expressionem requirentia presentibus pro plene, & sufficienter expressis, & insertis habentes hujusmodi supplicationibus inclinati, de Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium praepositorum consilio, Decreta praefata (sublata tamen dicta poena excommunicationis) auctoritate Apostolica tenore presentium confirmamus, & approbamus, illisque inviolabilis Apostolicae firmitatis robur adjicimus, ac omnes, & singulos juris, & facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, supplementus; salva tamen semper in praemissis auctoritate Congregationis dictorum Cardinalium.

Confirmatio telum relato-ru n. Decretorum subla-ta tamen poe-na excommu-nicationis ex-secundo.

§.3. Decernentes easdem praesentes literas, semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac ab illis ad quos spectat, & pro tempore quodcumque spectabit in omnibus, & per omnia plenissime suffragari, & ab eis respective inviolabiliter, observari: Sicque in praemissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiti debere; ac irritum, & inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Clausula.

§.4. Non obstantibus praedictis Clementis Praedecessoris literis, aliisque praemissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon quatenus opus sit, dictae Congregationis Theatinorum, ejusque Provinciarum, & Domorum Regularium, aliisque quibusvis etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis Statutis, & consuetudinibus, Privilegiis quoque, Indultis, & Literis Apostolicis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores presentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permanentibus ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

§.5. Volumus autem, ut earundem presentium Literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personae in Ecclesiastica dignitate constitutae munitis, eadem prorsus fides ubique locorum habeatur, quae ipsis presentibus haberetur, si forent exhibita, vel ostensa.

Datum Romae apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die VIII. Junii MDCXCVI. Pontificatus nostri Anno Quinto.

CXXXII.

Confirmatur Decretum Congregat. Rituum, de cultu inamemorabili B. Mariae de Socos

Dat. 30. Junii 1696. An. 5.

Ord. Beatæ Mariæ de Mercede Redemptionis Captivorum.

Ab Inn.XI. Consti. ed: 1687, Apr. 18, P. 11, concessa fuerunt officium, & Missa B. Petri Ar-mengol. Et ab hoc Pontifice Consti. sequenti conceduntur Officium, & Missa præd. B. Mariæ.

INNOCENTIUS PAPA XII.

Ad futuram rei memoriam.

Decretum prædictum cum assensu Pontificis.

Alia emanavit a Congregatione Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. Ecclesiæ Cardinalium Sacris Ritibus Præpositorum Decretum tenoris, qui sequitur videlicet: Barchinonen. Canonizationis B. Mariæ de Socos Monialis professe Ordinis B. Mariæ de Mercede Redemptionis Captivorum. = Proposito in Congregatione ordinaria Sacror. Rituum per Eñum, & Rñum D. Cardinalem Casanatam dubio: An constet de cultu immemorabili præstito dictæ Beatæ Mariæ de Socos, & an Sententia super eo lata a Vicario Generali Barchinonen. Judice a præfata Sacra Congregatione Delegato sit confirmanda in casu, & ad effectum, de quo agitur: = Eadem Sacra Congregatio audito Reverendis. Archiepiscopo Myren. Fidei Promotore tam in scriptis quam in voce, Instante R. P. Magistro Fratre Martino Salvatore Gilaberte Vicario, ac Procuratore Generali prædicti Ordinis B. Mariæ de Mercede hujusmodi Cause Postulatore, censuit constare de cultu immemorabili, & Sententiam prædicti Vicarii Generalis Barchinonen. esse confirmandam, si Sanctis. D. N. placuerit. Die 9. Februarii 1692. = Et facta de prædictis Sanctis, Dom. Innocentio PP. XII. per me Secretarium relatione Sanctitas Sua annuit die 13. ejusdem Mensis Februarii, & an. 1692. = A. Cardinalis Cybo. Loco † Sigilli. I. Vallemanus Sac. Rituum Congr. Secret.

Preces Procuratoris Gen.

§. 1. Cum autem sicut dilectus Filius Bernardus Carignena, & Spenza Vicarius, & Procurator Generalis dicti Ordinis nobis nuper exponi fecit, ipse Decretum hujusmodi, quo firmiter subsistat, Apostolicæ confirmationis nostræ patrocinio communiri summopere desideret: Nos ipsius Bernardi Vicarii, & Procuratoris Generalis votis hac in re quantum cum Dom. possumus favorabiliter annuere volentes, eumque a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis Sententiis, censuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, Decretum præinsertum auctoritate Apostolica tenore præsentium approbamus, & confirmamus, illique inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus: salva tamen semper in præmissis auctoritate memoratæ Congregationis Cardinalium.

Confirmatio relati Decreti

Clausula.

§. 2. Decernentes ipsas præsentis literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis ad quos spectat, & pro tempore quodcumque spectabit, in omnibus, & per omnia plenissime suffragari: Sicque in

præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 3. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem, sub Annulo Pisc. die XXX. Julii MDCXCVI. Pontificatus Nostri Anno Quinto.

CXXXIII.

Confirmatur Decretum Congregat. Rituum de Officio, & Missa B. Mariæ de Socos Ordinis B. Mariæ de Mercede Redempt. Captiv: pro Religiosis utriusque sexus.

Dat. 30. Junii 1696. An. 5.

Consti. præcedenti confirmatus fuit cultus immemorabilis. Et Consti. sequenti conceduntur Officium, & Missa B. Petri Paschali.

INNOCENTIUS PAPA XII.

Ad futuram rei memoriam.

Alia ad supplicationem dilecti filii Bernardi Carignena, & Spenza Vicarii, & Procuratoris Generalis Ordinis Fr. B. Mariæ de Mercede Redemptionis Captivorum, & Cause Canonizationis B. Mariæ de Socos Monialis dicti Ordinis Postulatoris emanavit a Congregatione Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium Sacris Ritibus præpositorum Decretum tenoris, qui sequitur, videlicet: Barchinonen. Canonizationis B. Mariæ de Socos Ord. Beatæ M. V. de Mercede Redemptionis Captivorum. Remisso Sacrorum Rituum Congregationi supplicii Libello a R. P. M. Fr. Bernardo a Carignena, & Spenza Vicario, & Procuratore Generali Ordinis B. M. V. de Mercede Redemptionis Captivorum, & hujusmodi Cause Postulatore S. S. D. N. porrecto, in qua humillime supplicabat Sanctitati Suae, ut de Beata Maria prædicta, de cujus cultu immemorabili die 9. Februarii anni 1692. cum subsecuta approbatione Sanctis. die 13. ejusdem mensis, & anni fuit responsum constare; facultatem pro sua Religione recitandi Officium, & celebrandi Missam de Communi Virginum sub ritu semiduplici die 19. Septembris natalitio ejusdem Beatæ singulis annis benigne concedere dignaretur; Sacra eadem Congregatio ad relationem Eminentiss. & Reverendiss. Dom. Card. Casanata Pontentis audito prius tam in scriptis, quam in voce Reverendissimo Archiepiscopo Myren. Fidei Promotore, omnibus bene perpensis, ac mature consideratis, gratiam petitam pro Religiosis utriusque sexus dicti Ord. B. M. de Mercede tantum concedi posse censuit, si Sanctis. D. Nost. videbitur die 2. Octobris 1794. = Facta igitur deinde Sanctis. Dño de prædictis per me Secretarium relatione, Sanctitas Sua benigne annuit die 9. ejusdem Mensis, & anni 1694. A. Card. Cybo. = B. Inghirami Secretarius.

Decretum d. Congregationis pro Officio, & Missa sub ritu semiduplici die 19. Sept. cum assensu Sanctissimi.

Preces Procuratoris Gen.

§. 1. Cum autem, sicut dictus Bernardus Vicarius, & Procurator Generalis Nobis nuper exponi fecit, ipse Decretum hujusmodi, quo firmiter

firmius subsistat, Apostolicæ confirmationis nostræ patrocinio communiri summopere desideret: Nos ipsum Bernardum Vicarium, & Procuratorem Generalem specialis favore gratiæ prosequi volentes, & a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, Decretum præinsertum auctoritate Apostolica tenore præsentium approbamus, & confirmamus, illique inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, salva tamen semper in præmissis auctoritate memoratæ Congregationis Cardinalium.

Confirmatio relati Decreti

Clausula.

§. 2. Decernentes easdem præsentis literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis ad quos spectat, & pro tempore spectabit, in omnibus, & per omnia plenissime suffragari: Sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

§. 3. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ceterisque contrariis quibuscumque.

§. 4. Volumus autem, ut earumdem præsentium Literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides ubique locorum, tam in Judicio quam extra illud habeatur, quæ ipsis haberetur præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die XXX. Junii MDCXCVI. Pontificatus Nostri Anno Quinto.

CXXXIV.

Confirmatur Decretum Congregat. Rituum circa Officium, & Missam B. Petri Paschali Martyr. & Episc. Giennen: Ord. B. M. de Mercede Redem: Captiv:

Consti. præcedenti concessa fuisse Officium, & Missa B. Mariæ de Socos. Et a Bened. XIII. Consti. ed: 1728, Jul: 14, P. 5 confirmatur cultus immemorabilis B. Serapionis.

INNOCENTIUS PP. XII.

Ad futuram rei memoriam.

Alia ad supplicationem dilecti filii Bernardi Carignena, & Spenza Vicarii, & Procuratoris Generalis Ordinis Fratrum B. Mariæ de Mercede Redemptionis Captivorum emanavit a Congregatione Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium Sacris Ritibus præpositorum Decretum tenoris, qui sequitur videlicet: Ordinis B. M. Virginis de Mercede Redemptionis Captivorum. Sacrorum Rituum

Congregatio ad humillimas preces R. P. Magistri Fratris Bernardi de Carignena, & Spenza Vicarii, & Procuratoris Generalis Ordinis Beatæ Mariæ Virginis de Mercede Redemptionis Captivorum a Eminentiss. & Reverendis. Dom. Cardinali Casanata relatas, audito tam in scriptis, quam in voce Reverendis. Archiepiscopo Myren. fidei Promotore, utriusque sexus Religionis Ordinis prædicti in posterum recitandi Officium, & Missam celebrandi de B. Petro Paschali Martyre, & Episcopo Giennen. sub ritu duplici secunda Classis cum octava alias sub ritu duplici concessa, facultatem concedi posse censuit, si Sanctis. Dom. Nost. placuerit. Die 18 Junii 1695. = Facta igitur deinde per me Secretarium de prædictis Sanctis. Dom. Nostro relatione, Sanctitas Sua benigne annuit, Die 22. ejusdem Mensis, & anni 1695. = A. Cardin. Cybo. Loco * Sig. = B. Inghirami S. Rit. Congr. Secretarius.

Decretum Congregationis pro Officio, Missa sub ritu 2. Claf. cum octava una cu assensu Pontificis.

Preces Procuratoris Gen.

§. 1. Cum autem sicut dictus Bernardus Vicarius, & Procurator Generalis Nobis nuper exponi fecit: ipse Decretum hujusmodi, quo firmiter subsistat Apostolicæ confirmationis nostræ patrocinio communiri summopere desideret: Nos ipsum Bernardum Vicarium, & Procuratorem Generalem specialis favore gratiæ prosequi volentes, & a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis si quibus quomodolibet innodatus existit ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutos fore censentes, supplicationibus ejus nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, Decretum præinsertum auctoritate Apostolica tenore præsentium approbamus, & confirmamus, illique inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, salva tamen semper in præmissis auctoritate memoratæ Congregationis Cardinalium.

Confirmatio relati Decreti

Clausula.

§. 2. Decernentes easdem præsentis literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis ad quos spectat, & per omnia plenissime suffragari. Sicque & non aliter in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & Delegatos etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 3. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ceterisque contrariis quibuscumque.

§. 4. Volumus autem, ut earumdem præsentium literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides ubique locorum habeatur, quæ haberetur ipsis præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem, sub Annulo Pisc. die VI. Julii MDCXCVI. Pontificatus nostri Anno Quinto.